



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt abbatissa magnam curam habeat de congregatione sua. xciiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BURCHARDI. EPIS. VVORMAC.

auaritia incentorum exharedati esse noscuntur. Si vero nescientibus episcopis aut abbatibus, ministri eorum, quilibet videlicet in clero, hoc fecisse conuincuntur, episcopi & abbates, desidia: illi vero rapacitate & auaritia, iudicentur. Hoc vero quod quis Deo iuste & rationabiliter de rebus suis offert, firmiter Ecclesia tenere debet.

*Ut abbatissa magnam curam habeat de congregatione sua.* Cap. XCIII.

Ex eodē.  
cap. 26.

**A**bbatissa diligentem habeat curam de congregatione sibi commissa, & provideat ut in lectione & officio, & in modulatione Psalmorum ipsa sanctimonialis strenua sint, & in omnibus operibus bonis illa eis ducatum præbeat, utpote pro animabus earum rationem redditura in conspectu domini: & stipendia sanctimonialibus præbeat necessaria, ne forte per indigentiam cibi & potus peccare compellantur.

*Ut sanctimoniales in domibus suis cum aliquibus masculis manducare vel bibere non præsumant.*

Ex eodē.  
cap. 27.

**N**ON debere sanctimoniales in propriis mansionibus cum aliquibus masculis, clericis, siue laicis, conuicinis, siue extraneis bibere siue comedere: sed si quando id agendum est, in auditorio agatur, & cum nullo maleficio eis colloquium habere liceat, nisi in auditorio, & ab ipsa abbatissa testimonibus idoneis.

*Qualiter indignus abbas à suo separetur officio.* Caput XCVI.

Ex cōcil.  
Triburi.  
cui inter-  
fuit rex  
Arnolph.  
cap. 15.

**S**I quis autem abbas cautus in regimine, & humilis, castus sobriusque, misericors, disceturs non fuerit, ac uina præcepta verbis & exemplis non ostenderit, ab episcopo in cuius territorio consistit, & à vicinis abbatibus & ceteris Deum timentibus à suo arceatur honore, etiam si omnis congregatio vitiis suis consentiens, abbatem eum habere voluerit.

Ex eodē  
cōcil. præ-  
sente Ar-  
nolpho re-  
ge, ca. 16.

*De clericis qui tonsuras dimiserint, & uxores acceperint.* Caput XCVII.  
**C**lericus si tonsura dimissa uxorem acceperit, qui quidem sit sine gradu nec ad monasterium aliquod à parentibus traditus, si uxorem habere permittitur, iterum tonderi cogatur, nec in vita sua tonsuram negligere audeat.